Quelle: https://manuscripta.at/?ID=911
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



apollonius elegit ex omnibus tres. qui et grecam linguam
et egiptiam bene nossent. ut si cubi necessarium fuisset
interpretarentur nobis. quique et collocutionibus suis edifi
care nos possent. Mittens ergo eos nobiscum precepit eis.
ne prius a nobis discederent quam omnes patres. atque
omnia que uelimus monasteria uideremus. quam uis
omnes circuire nemo sufficiat. Benedicens ergo nos di
misit. atque in hec uerba benedictionem dedit. Bene
dicat uos dominus deus ex sion. et uideatis que bona sunt in
iherusalem omnibus diebus uite uestre.

Igitur digressi ab eato apollonio cum progrederemur
ad partem deserti contra meridianum. uidimus per harenam
uestigia tractus draconis ingentis. cuius tanta magnitu
do apparere. quasi trabes aliqua per harenam ducta uideretur.
Quod autem uidimus. ingenti terrore perculsi sumus. Fratres autem
qui nos deducebant. hortabantur nos nichil omnino for
midare. sed magis fiduciam capere. et per uestigium sequi draconem.
Interea occurrit nobis quidam frater qui in uicino heremi
habitabat. et prohibuit nos sequi draconem. dicens non posse
nos nec aspectum eius tolerare. Se uero dicebat frequenter ui
disse ipsam bestiam. et habere in longitudine xcii cubi
tos. Peruenientes autem ad cellulam illius. multa dilectione
suscepti ab eo requieuimus. Ille ergo narrabat nobis. quod in
illo loco ubi ipse commanebat. quidam sanctus uir fuerat.
cuius ipse esset discipulus amoon nomine. per quem mul
tas uirtutes fecerat dominus. Inter cetera et iam hoc de eo nar
rabat. Frequenter inquit ueniebant ad eum latrones. panem
quo solo uescebatur auferentes. et si quid erat quod ad
uictum continentissimum repositum uidebatur. Cumque frequen
ter ab his molestiam pateretur. quadam die processit ad here